



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 40. Francisci I. apologia contra Cæsaremad Papam missa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

**Sæc. XVI.** tum est. Verum paucis post diebus re-  
A.C. 1542. sponsi loco nil aliud subjunxit, nisi quod  
 sancta & orthodoxa sint ea omnia, quæ  
 circa hæc capita Ecclesia docet; arti-  
 culos tamen sibi propositos sigillo suo  
 firmare renuit: unde Facultas haud  
 contenta mansit, quamvis ab eo tum  
 plura impetrare haud posset.

## §. XL.

*Francisci I. apologia contra Cæsarem  
ad Papam missa.*

**Pallav. hist.** :  
**Trid. l. 5.**  
**c. l. n. 1.**

**Q**quamquam Franciscus I. Galliarum Rex, qui Facultatis zelo in omnibus plene suffragabatur, speciali hac sua sollicitudine satis demonstratum ibat, quod Cæsarls querelæ haud adeo firmæ essent, nihilominus responso magis luctuoso eas diluere suarum partium esse arbitrabatur: id etiam præstitit edita hanc in rem apologia ad summum Pontificem transmissa, in qua Carolo Cæsari multa exprobrabat, ac præcipue urbis Romanæ deprædationem, nec non Clementis VII. Papæ captivitatem. Postea mutuæ contentionis originem recenset, totamque dissidii caussam in Carolum V. rejicit, & tandem hunc in modum concludit: „ Nullatenus in cri- „ men vocari valeo, perinde ac si Con- „ cilii, ex quo tamen nullum in me re- „ dundat commodum, celebrationem „ aut

„aut præpedirem , aut retardarem : Sæcul. XVI.  
 „Præterea Religioni Catholicæ adeo A.C. 1542.  
 „nullum, prout insimulor, damnum in-  
 „tuli , ut etiam juxta Majorum meo-  
 „rum exemplum pro ea conservanda om-  
 „nem sollicitudinem impenderim, cuius  
 „rei testes mihi sunt severa edicta a me  
 „fancita, quorum executio singulis fer-  
 „me diebus in Regno meo urgetur :  
 „quapropter Sanctitatem suam obtestor,  
 „ne calumniis a Cæsare mihi impactis  
 „fidem adhibere, sed potius in me ut-  
 „pote Principe sacræ Sedis obsequio  
 „addictissimo spem suam ponere ve-  
 „lit. „ (°).

## E 4

## §. XLI.

(\*) Ita Continuator: Pallavicinus vero ,  
 quem idem allegat , Cæsarem ideo Galliarum  
 Regi infensum fuisse commemorat , quia hic  
 bellum eidem palam intulerat , & in Subalpinis  
 & in Belgii atque Hispanicæ finibus , instigato  
 etiam contra Cæsarem Solimano per Antonium  
 Polinum Constantinopolim ablegatum : Gallia-  
 rum vero Regem objecta cum Solimano fœde-  
 ra , & subsidia Joanni cum Turcis conjuncto &  
 excommunicato submissa hunc in modum ex-  
 cussasse refert idem Pallavicinus , quia 1. per  
 plurima exempla veteris novique Testamenti o-  
 stendi potest , fœdera civilia cum infidelibus mi-  
 nime esse prohibita . 2. Quia pro Joanne cauf-  
 sæ ratio & æquitas staret . Ad utramque ta-

men